



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod solus Deus sic operatur creationem rerum sicut iustificationem
mentis. K

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Sicut parentes non dicuntur creatores filiorum nec agricola frugum: ita nec boni angeli nec mali, etsi per eorum ministerium fiant creatura. I

*Ibid. con-
tinuo Aug.*

*Ibid. con-
tinuo.*

Sicut ergo nec parentes dicim⁹ creatores hominum, nec agricolas creatores frugum, quāvis eorum extrinsec⁹ adhibitis motib⁹ ad ista creanda Dei virtus interior operetur: ita non solum malos, sed nec bonos angelos fas est putare creatores. Sed pro subtilitate sui sensus corporis semina istarum rerū nobis occultiora nouerunt, & ea per congruas tēperationes elemētorum latentes spargunt: atq; ita & gignendarum rerum & accelerandorum incrementorum præbent occasiones. Sed nec boni hæc, nisi quantum De⁹ iubet, nec mali hæc iniuste faciunt: nisi quantum iuste ipse permittit: Nam iniqui malitia voluntatem suam habent iniustam: potestatem autem non nisi iustè accipit siue ad suam pœnam, siue ad aliorum: vel pœnam malorum, vel laudem bonorum.

Sicut iustificationem mentis, ita creationem rerum solus Deus operatur: licet creatura extrinsecus seruiat. K

*Ibid. paulo
infer. us eo-
dem c. 7.
Lib. 3. de tri-
nit. cap. 9.*

*Aug. cap. 9.
eiusdē lib. 3.
ad mediam.*

Sicut ergo mentem nostram iustificando formare non potest nisi Deus, prædicare autē extrinsecus euangelium etiam homines possunt, nō solum boni per veritatē, sed etiam mali per occasiōnē: ita creationem rerum visibilibus Deus interi⁹ operatur. Exteriores autem operationes atq; cōtēplationes siue occasiones ab angelis tam bonis q̄ malis, vel etiam ab hominibus adhibentur. Sed hæc ab hominibus tanto difficilius adhibentur, quātum eis desunt ad sensuū subtilitates, & corporum mobilitates in membris terrenis & pigris. Vnde qualibuscunq; angelis vicinas causas ab elemētis cōtrahere, quanto facili⁹ est, tanto mirabiliores in huiusmodi operibus eorum existunt celeritates: sed nō est creator nisi q̄ principaliter ista for-

format: nec quisquā hoc potest, nisi vnus creator
Deus. Aliud est n. ex intimo ac summo causarum *Cap. 9. in
dem li. 3.*
ordine condere ac ministrare creaturam: & fa-
cit solus creator Deus. Aliud autem pro distribu- *de Trin. in
p. inc.*
tis ab illo viribus ac facultatibus aliquam opera-
tionem forinsecus admouere: vt tunc vel tunc, sic
vel sic, exeat quod creatur. Ista quippe originali-
ter & primordialiter in quadam textura elemen-
torum cuncta iam creata sunt, sed acceptis op-
portunitatibus postea prodeunt.

*Quod angeli mali multa possunt per naturā vigorem, quā
non possunt propter Dei vel bonorum angelorum pro-
hibitionem, id est, quia non permittuntur.* L.

Illud quoque sciendum est, quod angeli mali quaedam
possunt per naturæ subtilitatem, quæ tamen non
possent propter Dei vel bonorum angelorum p-
hibitionem, id est, quia non permittuntur illa fa-
cere à Deo, vel ab angelis bonis: possent utique fe-
cisse cinifes, qui ranas serpentesque fecerunt. Quæ-
dam vero non possunt facere, etiam si permittan-
tur ab angelis superioribus: quia non permittit Deus. *Cap. 9. in
medio.*
Vnde Aug. in lib. 3. de Trinit. Ex ineffabili potēta-
tu Dei fit, vt quod possent mali angeli, si permittē- *Quare nota
potuerunt
producere
cinifes quæ
ranas, &
serpentes
fecerunt.
Exod. 8. c.*
tur, ideo non possunt, quia non permittuntur. Neque
h. occurrit alia ratio, cur non poterant facere cini-
fes, qui ranas serpentesque fecerunt, nisi quia maior
aderat dominatio prohibentis Dei per Spiritum
sanctum: quod etiam magi confessi sunt, dicentes:
Digitus Dei est hic. Quid autem per naturam pos-
sint, nec tamē possint propter prohibitionem: &
quid per ipsius naturæ suæ conditionem facere non
sinatur, homini explorare difficile est, imo impos-
sibile. Nouimus hominē posse ambulare, & neque
hoc posse si non permittatur: volare autem non pos-
se, etiam si permittatur. Sic & illi angeli quaedam
possunt facere si permittantur ab angelis potentio-
ribus ex imperio Dei: quaedam vero non possunt etiā
si ab